

LX

penitenti sunt. ita et grossi oriuntur: sicut in matre cadunt et dant locum maturandis: ipsi enim nime habiles ad velendum. Et hinc ergo ut dicitur: sumit spousus experimentum tunc et argumetum suasionis: ut non pigrescat progere sponsa ad vineas. quod non parit opera que tempe stive venit. Et littera quidem sic. Quid pro spu: Ut plane hoc loco non ficum intueamur: sed populum. nepe de hominibus cura est deo. non de arboribus. Vere ficus est populus fragilis carne parvulus censu. aio humiliter. **B**onum fructus (ut inter se nos alludamus) grossi vitis et terreni. Hec enim popularis est studij bonum querere regnum dei et iustitiam eius sed ut ait apostolus cogitare que mundi sunt. quod placeat vixitibus: vel ille viris. Tribulationes carnis habebunt homines: sed in novissimis non negamus eos fructus fidei assecuturos: si bona habuerint novissimam professionem. maximeque si carnis opera elemosinis redemerint. Ergo bonum plebium fructus nec fructus sunt. non magis quam ficum grossi. Denique si dignos postmodum fructus penitentiae fecerint (non enim prius quod spirituale est: sed quod animale): dicit illis. Quae fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Ego tamen hoc loco non quibus populum interpretari liberum puto. vnde signatim exprimit. Hec enim prout lerunt dicit. quasi de pluribus: sed quasi de vna prout (inquit) ficus grossos suos. et ut sentio ego. que est plebs iudeorum. Quarta in hac saluator pabolice in euangelio loqui videtur ut est illud. Arboris fici habebat quaedam plantam in vinea sua etc. Ite. Videte ficulneas et omnes arbores. Et Nathanael dictum est. Tu es sub ficu vidi te. Et rursum maledicit ficulneas pro eo quod non inuenit in ea fructum. Bonum ficus: que bona licet patri archaz radice perierit: nunquam tamen in altum proficere nunquam se humo attollere voluit. nunquam respondere radici: perierat ramorum. generositate florum. secunditate fructuum. Vale prout tibi cum tua radice veniat arbor pusilla. rotuosa nodosa. Radix enim sancta. Quid ea dignum tuis apparet in ramis? Ficus (inquit) prouit grossos suos. Non hoc nobili a radice traxisti semine nequa. Quod in ea est: de spiritu sancto est. ac per hoc subtile rotum ac suauis. Tibi vnde hi grossi? Et vere quid non grossum in genere illa? Hec actus profecto. nec affectus. nec intellectus. sed nec ritus que in colendo deum habuit. Nam actus in bel-

lis. affectus in lacris totus erat. intellectus in crassitudine lise. cultus in sanguine pecudum et armentorum. Et dicit aliquis. Tu istiusmodi grossos non aliquando proferre gens illa cessauerit. sed non aliquando reprobis purgationis non extitit. quod vnde vterque rei tempus existere potest. Non ita est. Dicimus mulieres filios procreasse non cum pariuur: sed cum iam pepererunt. Dicimus et arbores edidisse flores suos: non cum ceperint florere: sed postquam cum desierint. Ita hoc quoque dicitur est. quia ficus prouit grossos suos. non cum aliquis edidit sed cum totos. id est cum ad finem peruenit editio. Quers quoque istiusmodi complementum illi populo accidit: Tu prout occidit tunc completa est malicia eius. iuxta quod ipse eis predicauerat. implete mensuram patrum vestrorum. vnde in patibulo traditur iam spiritum consummatum est. inquit. Quale consummationem dedit grossis suis ficus hec maledicta: et subito de eterna ariditate damnata. Quae sunt novissimi peiores poribus. Incipies ab inutilibus: ad periculosos peruenit et venenatos. Quae grossus vnde perierit affectus: odire hominem que hominum corpora sanat et animas sanat. Quae nihilominus intellectum grossum et certe bouinum qui deus non intellexerunt. nec in opibus deum. Hinc mirum me forte querat in sui suggestione inde usque intellectum illi dico bouinum. Sed legat in Isaiam. et prout quae bouinum audit. Cognouit (inquit) bos possessorem suum: alinus prope domum suam: israel non cognouit me: populus meus non intellexit. Vides me iudee mitioris tibi propheta tuo: Ego te comparavi inuentis. ille subiecit. Quaeque in sua persona propheta non dicitur: sed in dei. qui deum se et ipse opibus clamat. Et si mihi (inquit) non creditis: opibus credite. et si non facio opera patrum mei: nolite credere. nec sic tamen euigilant ad intelligendum. Non fuga demonum. non obedientia elementorum. non vita mortuorum. bestialium habet prout quae bestialis ebetudine ab eis depellere dicit. De qua non minus mirabilis quam miserabili cecitate factus est. ut in illud tam horrendum tamque enormiter grossum facinus prouerent. domino manifestatis iniuriis manus sacrilegas. Et tunc itaque dici potest. quod ficus prouit grossos suos. cum iam vide licet legitima illi populi esse ceperunt quasi in exitu super summum. ut nouis (iuxta veterem prophetiam) superuenientibus: vetera prouerent. Non aliter sane quam quod grossi cadunt: cedunt sub